BIBLIOTECA ... SALAMANCA

Emin.mi et R.mi Domini: Subditus Romæ 1.a die Mensis Martii labentis anni,
Em.mi Domini Sacræ Congregationis Concilii Cardinalis Præfecti illa cum reveren-
tia literas accepi, quibus ut circa adjuncta proposita dubia reddatur plene instructa iudi-
cium meum exponere mandatur. = Subditi Hierosolimitanæ Religionis, qui vere
subditi sunt, videlicet professi, necnon et illi solum, qui intra terminos Ecclesiarum
Regularium, ubi omnimodo illius Superiores, Ordinarii vero nullam iurisditionem
habent et exercent, nati sunt: dummodo in iisdem Ecclesiis Beneficium, seu Capellaniæ
collativam sustentationis congruæ iuxta Synodales Diœcesis, intra quas sunt tales
Ecclesiæ constitutæ, possideant pacifice, Privilegiorum virtute, vel consuetudine intro-
ducta cum Dimissoriis Superiorum præfatæ Religionis, a quocunque Antistite
admitti possunt, et admittuntur de facto ordinandi, si omnia servanda serventur:
sed semper est liberum Antistiti illos per examina probare, utrum sint idonei
vel non. = Joannes Joseph Zuniga nullatenus in ordinum receptione potuit
ad Religionem Hierosolimitanam pertinere, quia vel nunquam fuit professus, nec ha-
bitum indutus, neque natus, neque oriundus in territorio Religionis, sed neque Bene-
ficium quidem, seu Cappellaniam in illius Ecclesiis unquam habuit. Natus fuit
in oppido Portus Regii Gaditanæ Diœcesis, cuius Antistes illum tanquam vere in-
quietum, pessimisque moribus auctum incarceratum tenuit, et reclusum: fugitivus
a Pastore, qui certe ad frugem meliorem reducere satagebat, Hispalim urbem
ingressus in territorio Ecclesiæ S.ti Joannis vulgo de Acre, prædictæ Religionis
se recepit, eo dumtaxat fine, paulo post aperte probato, ut iurisditionem Episcopi Or-
dinarii sui declinaret, et facilius licenciose viveret. Dimissorias a Superiore
Religionis in illa Ecclesia, pro Ordinibus suscipiendis per eumdem postulatas, mini-
me pro tunc concessit, quia subditus non erat; arte fallaci tamen expeditionem
illarum est adeptus, nihil timens irregularitatem, qua manebat innodatus.
Siquidem Patronatum Laicorum, quem quondam Ana del Corral in Ecclesia
S.tæ Elisabeth eiusdem quoque Religionis certis redditibus dotavit, et erexit, cuius
posessor D. Petrus Osorio Secularis ad præsens obtinet, nunquam dimisit, frau-
dulenter, et oretenus permisit ut nomen Capellaniæ illi imponeretur, et de illa fieret
ficta collatio præfato Joann. Josepho Zuniga, quod re ipsa factum est a Vica-
rio S.ti Joannis de Acre, cuius iurisditioni subiacet præfata Ecclesia S.tæ Eli-
sabeth. Hoc fictum titulum, hæc falsa annexa pro Ordinibus suscipiendis Di-
missorias ab illo facilitarunt, et ad Episcopum Ordinis S.ti Jacobi in Camp-
Cryptana residentem adiit, minime ab Episcopo Gaditano, postquam ab illo recessit
fugitivus, veniam, nec literas, de moribus, et vita quæsitas, et obtentas. Ad illum,
inquam, centum prope leucas distantem abhinc adiit, quia nullus alius præter
illum admittere tales poterat, sed neque ipse debebat. In Sacris Constitutus concepta
evomere malitiam cœpit in Gaditanum Episcopum, lites excitando, detrahendo,
et quantum est ex se infamando, dolo, mendacio, simulatione comitibus, in
tantum officialem Religionis se fingere sit ausus, et intenderet, ut literas abeomet
expeditas ostenderet Episcopo, non ob aliam causam, nisi ut illum deterreret

a proposito, quo permanet immobilis, non admittendi intra Diocesim Sobdi tum inquietum, rebellem, irregularem. Horrenda, execrabilis protervia! Sed execrabilior tenacitas sacrilega non cessare a lite, eo tmeo videri, conatu ut sal tem in hoc de iusta constantia Episcopi reluctetur. Diversas Provincias, et Civita tes Hispaniæ peregrinavit, et passim nihil auditur præter fraudis, rixas, et discordias, et alia multa mala ab ipso, velut a fonte turbido emanata. Falsa rum attestationum Parochorum non solum suspicatur, sed ab aliquibus creditur certe, et tenetur, et in hoc genere falsitatis delicta altiora perpetrasse nonnulli certum habent. Quod totum ex moribus, et vita inquieta Oratoris satis perspicuum apparet. = Ex quibus, et quia si laudatur actus nocivæ pietati reintegrandi si miles ad Ordinum exercitium, procul dubio continebit plures, qui talibus potius obstituti iurisdictioni Episcoporum illudunt. Magnopere conveniens erit severi tas Sacræ Congregationis, ut hoc saltem modo sentiant effectum delictorum, et illius forsan oculos aperiens, multis exemplum etiam præbeat. Hoc meum est videri. Em.mi Domini, quibus omnia, prout interest Ecclesiæ, a Domino fausta precor. Hispali 30 Septembris 1732. Eminentiarum Vestrarum

Ludovicus Archiepiscopus Hispalensis

In nomine Domini Amen. Fidem facio per præsentes ego Can: Cur: Cap. Notarius pub. infrascriptus qualiter die vigesima quinta Julii 1733 = in Mei L. Pii D. Josephi Crocchi Romanæ Curiæ sequens missive habens sui que præ manibus tenens copiam Epistolæ consignatæ ab Ill.mo ac R.mo D. Ludovico Archiep. Hisp. sub die 30 Septemb. 1732. quæ mihi tradidit ad effectum illam copiandi, exemplandi, et transsumptandi, prout eam qua decet fidelitate copiavi, et exemplavi, et transsumptavi, et cum propria copia concordare inveni, salvo semper et hoc non solum sed et omnia sup quibus in quorum fidem datum Romæ hic die, et anno prædictis

del Modo Violento y

…ria